



Universitätsbibliothek Paderborn

Marii Mercatoris S. Augustino Æqualis Opera Quæcumque Extant

[Complectens Ea Quæ Ad Hæresim Nestorianam Spectant]

Marius <Mercator>

Parisiis, 1673

X. Synodus, Quae Secunda Constantinopolitana In Ordinatione Maximiani,
iisdem consulibus, VIII. Kalend. Novembris.

urn:nbn:de:hbz:466:1-14215

X. SYNODES,
QUÆ SECUNDA CONSTANTINOPOLITANA
IN ORDINATIONE MAXIMIANI,
iisdem consulibus, VIII. Kalend. Novembris.

Occasio &
causa synodi.
2. part. conc.
Ep. in ist. ca-
thol. & schism.

Qui conve-
nit.

Contentio
propter Phi-
lippum Si-
denium &
Proclum.
Liberat. in
Brev. c. 7.

Utroque reli-
cto eligitur
Maximianus
fatigente hi-
lippo legato.

Omnibus
gratiosus.



HEODOSIUS imperator, cum ex sanctissimo archimandrita Dalmatio cognovisset, illudi sibi a comitibus Ephesum missis, qui prohiberent, ne Constantinopolim certi nuntii de rebus Ephesini venirent, jussit ad se mitti ambarum partium Episcopos, qui palam verum referrent. Missos audivit in villa Rufiniana prope Calchedonem, & quantum quidem Orientales; sed ipsos, factus certior de re tota, dimisit ad suas Ecclesias, catholicos Constantinopolim adduxit, ad proficiendum viri regia antifitem.

Congenerunt igitur Constantinopoli die VIII. Kalend. Novembris, ann. 431, in synodum, Philippus presbyter locum Celestini papæ tenens, Episcopi septem ab œcumene concilio missi, Arcadius, Juvenalis, Flavianus, Firmus, Theodotus, Acacius, Evgoptius; quatuor Aegyptii, Daniel, Theopemptus, Macarius & Potamion; septem alii in comitatu tum forte existentes, Eulalius, Eutrechius, Acacius, Chrysaphius, Jeremias, Theodulus, Iaia, & alii de more ex civitatis vicinis sedi Constantinopolitanæ subiectis.

Inter deliberandum de Antistite proficiendo, iterum orta est contentio, propter Philippum Ecclesiarum Constantinopolitanarum presbyterum, & Proclum Diocipara encorialem; sed Philippus facile rursum causa cecidit: major fuit de Proculo pugna, alius e clero instanter cum expeditibus, aliis, & quidem auctoritate pollentibus, veterem repulsa causam objecientibus, Cyzicena solicer Ecclesiarum episcopatum. Ad studium magnae partis clericorum populique erga Proclum, accedebat synodi œcumenice summi que Pontificis favor, imo & quoddam quasi jus, quippe cum pro fide pugnasset acriter, & a Nestorio, cuius impia dogmata palam arguerat, passus esset, quæ solent a tyrannis martyres. Sed hæc ipsa causa Theodosii voluntatem Principumque retinebat, quominus eo inclinarent: metuebant scilicet, ne Proclus, vel Chrysostomi exemplò, vteretur amore populi, ad audiendum, quod ante non placaret; vel præ Nestorii odio, confilia pacis, quam, etiam fictam, Imperator volebat, impediret; vel denique veritatis fideique studio impulsus patefaceret potenter Nestorius faventium artes, religioni, occulte quidem, sed perniciose, haeretens noxias.

Fecit ea rationum pugna discordiaque, ut ambobus præfatis presbyteris postpositis, in Maximianum animi omnium convenienter, fatigente Philippo legato, in gratiam sui in Ecclesia Romana commilitonis.

Fuit Maximianus Ecclesiarum Constantinopolitanarum ex monacho presbyter, pauperumque procurator, in Ecclesia tamen Romana innutritus

fuerat. Nemini non erat gratus, & summo quidem Pontifici, quia cum ipso diu Romanus in Ecclesia vixerat; & Imperatori, qui Dalmatium Maximiani spiritualè patrem unice venerabatur; & Ephesina synodo, quam cum Dalmatio apud Theodosium juverat; & sancto Cyrillo, cui cum Dalmatio aliquæ monachis summa erat necessitudo; & cleri Constantinopolitani catholice parti, cum qua naviter laboraverat; & alius Nestorio faventibus, propter religiosam simplicitatem & imperitiam, Nestorii desiderium facturam; & aulæ virisque rerum potentibus, propter indolentem pacis amantem; & toti denique populo, propter sanctitatis famam, curamque pauperum. Hunc enim teste summo Pontifice, non divisiarum gloria, non i. part. conc. animus potius cupidus, qui solet inesse ambien- Ep. c. 10. tibus, non honorum statu evexit. Suffragio pau- Marth. 14. perum, quibus fidelis servus & prudens, cibum dabit in tempore, super omnia Domini sui consititutus est bona.

Post hæc Celestini verba, sequitur: Et tamen Sin minus etriani desiderium fuit episcopus, nonni pro- ambulie, sal- pter opus bonum, sicut ait Apostolus, bonum opus tem oportet concupivit; ita Deus noster, & quid velimus, & episcoporum car velimus, attendit. Quis dubiter posse magis i. Tim. 17. creditus est, agere presidentem, quod potius exercere subiectus? Exofus & blasphemus istud officium non poteras habere, id est, corporum curas, qui mitebantur animas vulnerare, &c. Quibus non oblitus indicatur, Maximianum laborasse invidita expeti- tæ dignitatis, sed a Pontifice defensum, quia quas Nestorius pauperum opes dissipaverat, ipse debitum in usus convertere volebat.

Ex a synodo date sunt litteræ tres, nempe Epistole ex ad summum Pontificem, ad Episcopos veteris synodo date. Epiri, & ad Cyrrillum; sed hæc in sola responsione 3. part. conc. cognoscitur, nam tercia epistola, quæ in tercia Ep. c. 16. & parte concilii Ephesini legitur, familiaris est, &

Maximianus filius ad amicum serbentis. Prioribus ad Pontificem per Joannem presbyterum, & Epis- terum diaconum delatis comitata est Imperatoris ad eundem epistolam; posterioribus ad Epis- toras conjuncti canones ab œcumena synodo fanciū aduersus Nestorii Celestiique fautores: illarum nihil superest præter memoriam in responso Pontificis; ista continentur tertia parte concilii Ephesini; ambæ monent de ordinatione Maximiani in locum Nestorii, quæ fuit absoluta, fidei quidem de errore; Christi vero, de Nestorii victoria. Quæ Romam missa sunt, Maximiani laudes complebantur; quæ in Epis- torum veterem, monita de cavendis schismaticorum artibus, mendacisque japhantum se œcumeni concilii societate frui, cum tamen ab eo forent, per excommunicationis sententiam, alieni & extortos facti.

Porro autem synodus, quos canones Ephesi. Depositi qua- tuor Episcopi.

sus, & summo
diu Roman
i, qui Dalmat
em vniue
ram cum Dal
& sancto Cy
rionachis sum
stantinopol
vite labora
propter re
am, Nestori
tique rerum
is amantem;
ancitatis fa
e enim teste
gloria, nos
vesse ambien
offragio pan. Leti
adens cibas
ini sui ca

te: Et tamen si non
memisi pro inde, &
bonum episcopum quid
velimus, &
posse magis, 1. Tim.
re subiectus?
non potera
si miteretur
obscure in
dita expedit
sum, quia
verat, ipse

5, nempe Epiphili o
sor veteris synodis
elponione 3. part. an
e in teria
aris est, &
Prioribus
m, & Epi
Impera
is ad Epi
ca synodo
fauores:
am in re
teria par
e ordina
qua fuit
isti vero,
sia sunt,
e in Epi
smatico
se occu
en ab co
entiam,

Unde proba
tur allata cau
sa.
2. part. conc.
Eph. in actis
conciliabili.

Ephesi-
Depotat
tive Epiphili

HABITIS IN CAUSA NESTORII, &c. 357

nos in Epitum mittebat, iisdem vfa est aduersus
quatuor diocesis Constantiopolitana metropolitas, Himerium Nicomedie, Helladium Tar
ti, Eutherium Tyane, & Dorotheum Marti
apolis, episcopos, cosque sede, propterea
quod pergerent adhuc Nestorii, depositi:
aque, vt credibile est, alios in ipsorum locum
suffecit. Sententia hujus obscura est mentio,
sed nihilominus certa, quemadmodum suo loco
ostendimus.

*Quid respons
sum synodicit
a Celestino
Papa:*

Quid a Macedonibus responsi datum sit,
ignoratur. Rescriptum Celestini Idibus Martii,
per Joannem presbyterum, & Epiceptum diaconum,
qui cum Roman venissent diebus dominicae
nativitatis, Constantinopolim ad diem
Paschatis redierunt. Rescriptum vero paternas
quatuor epistolae optimus senex, ad synodum,
ad Theodosium, ad Maximianum, & ad clericum
populunque Constantinopolitanum. Et ad synodum quidem, congratulatorias de absolutione
victoriarum, id est, de ordinatione Maximiani: ad
Theodosium vero, non congratulatorias tantum,
sed etiam hortatorias, vt Nestorio procul ejus
pacem Ecclesiarum procuraret: ad Maximianum
monitorias, vt ovile Christi a lupo dissipatum
congregaret, majorumque vestigis insulens Ec-

clesiam sibi creditam pristino splendori restitu
teret: ad clericum denique populunque urbis
regia prolixas admodum, de victoria Christi
ex hoste Nestorio; de constantia Ecclesiae Con
stantinopolitanarum in retinenda fide, aduersus ty
rannidem pastoris in lupum versi; de laudibus
Cyrilli pro Christo pugnantis; de suo periclit
antibus ferenda opis studio; de Nestorio syno
di, quam experienta, judicium subterfugiente;
de Caleftianis eidem adhuc revertentibus; de audienc
da Maximiani doctrina, quam Romae in fonte
haussit; denique de retinenda constanter reli
gione.

Atque haec sanctissimi Pontificis litera tanto Quales Cele
plus habent auctoritas, cultique digniores sunt epistole.

funt, quanto magis spirant apostolicos sensus;
& animi exultantis, parta Victoria; & sensis
optimi a Deo missione expertentis, post
exantatos difficillimi belli labores, eamque,
cum legitima justitia corona, obtinents a Iusto
indice. Nam cum scripsisset Idibus Martis, in
calum abiit tertio Nonas Aprilis, impetratus a Deo,
quod ab Imperatore perierat, Ecclesiarum
concordiam, & Nestorii, discordiarum cause,
procul ab hominum societate deportationem.

XI. SYNODUS, QUÆ SECUNDA SCHISMATICA, AB ORIENTALIBUS HABITA,

statim ut solutum est Ephesinum concilium, atque adeo circiter
mensem Novembrem ann. CCCCXXXI.

Causa synodi.



RIENTALES statuerant, se nun
quam conlensuros, vel in depo
sitionem Nestorii, quam injuria
factam, & cum sui contemptu
causabantur; vel in restitutio
nem Cyrilli, quem jure exaudie
ratum a se proper hæresim jaegerant. Id vero

confilii neque femele ceperunt, neque uno in
loco, sed Ephesi primum, quo tempore legati,
mandatis acceptis, Constantinopolim protec
ti erant; iterum Calchedone, cum ex ea postfu
lationem secundam & tertiam Imperatori obu
lerunt; Tarsi terrum, cum dimissi reverteren
tur in Orientem; postremum Antiochia, quo
Epheso, Calchedoneque confluxerant, pri
quam a se mutuo divulsi suas singuli Ecclesiæ
reviserint.

Hæc præterquam quod magna ex parte pro
bantur actis concilii Ephesini, Theodoreti apud
Mercatorem testimonia firmantur, scribens
enim ille Andreas Samosatenus: Existimo, in
quit, pre omnibus maxime satisfactum esse domi
no meo sanctissimo & venerando Joanni episcopo,
quod nullatenus acquiescam in damnationem do
mini mei sanctissimi & venerandi Nestoris episco
pi præbere consensum, nec violare communem pro

missionem, que in Tarsu, & Calchedone, & Eph
eso facta est: memini enim & eorum, que nuper
apud Antiochiam post nostrum regressum a nobis
sape deprecata sunt.

Antiochenam synodum impulse Theodore
reto coactam esse, dubitare non licet; quippe
cum amici Nestorii causam, adversariisque, vt
iphi quidem videbatur, Cyrilli victoriam xeger
time animo ferret.

Convenisse Episcopos, sive qui Calchedone,
& eiusdem concilii in Oriente
substiterant, sicut Andreas Samosatenus, &c.

Quid actum sit, colligi potest utrumque ex
testimonio veterum duorum, qui hujuscem
ventus meminerunt. Socrates: Joannes Antio
chianus reveritus, multis Episcopis in unum collectis,
Cyrillum, qui jam Alexandriam redierat, abdi
cat. Liberatus: His agnitis iussit eos (legatos
synodi ecumenicae) Imperator Ecclesiam ingre
di, & pro Nestorio alium ordinare Episcopum;
& post bac iussi omnes Episcopos abire, unum
quaque in propriam regionem: & ita Joannes
cum suis Antiochiam profectus est, ubi colligens
plurimos Episcopos, damnavit iterum Cyrium,
cum iam esset Alexandria.

Impulsor
Theodoreus.

Qui conve
serint.

In Brev. c. 6.

Lit. 7. c. 33.